

planum aut globum incurrentem elastica ponas; hic sub angulo æquali et celeritate eadem, quibus advenerat, reflectetur.

X. Ad ingressum mediis magis resistentis mobilis motus a perpendiculari refringitur; ad perpendiculari vero, si in minus resistente medio magis resistente oblique deferatur.

MOTUS CORPORUM PROIECTORUM.

XI. Grave obliqua directione proiectum *curvam* ad sensum *parabolicam* describit, in qua celeritas projectionis tanta est, quantum lapsu libero a vertice usque ad focus obtineret. Amplitudo iactus se habet ad semiparametrum, ut sinus dupli anguli elevationis ad radium: amplitudo hæc tunc fiet maxima, si corpus sub angulo 45° proiicitur.

* *Probl.* Datis angulo et velocitate projectionis determinare amplitudinem iactus.

VECTIS ET CENTRUM GRAVITATIS.

XII. Quies respectiva potentiarum in se mutuo agentium orta ex æquali earundem nisu et renisu secundum directiones obpositas *ÆQUILIBRIUM* dicitur.

H 2

* *Probl.*